

C.

Lapides Badehornij.

D.

Lapis per medium fractus.

Non secus atque in pulmonibus
 phlegma, ita quoque flava bilis
 prius hepatis calore adusta, postea in
 lapidis formam in fellis folliculo con-
 crescit, unde eos eximi ante experien-
 tia probauimus, sed ex illis ipsis lapil-
 lis bilis receptaculo inherentibus ma-
 gnas obstructions in vasis, multaq;
 violenta symptomata consequi non
 minus compertum est: in quibus vel
 peritissimi medici ætate prouecta hæ-
 rere atq; impediri queant, ambigen-
 tes nimirum unde tam ancipites egro-
 tationes & accidentia ita varia exi-
 stant. Atq; usu attentioribus medicis
 inter secandum corpora humana ve-
 nisse audiuius, non duos solùm aut
 tres, verùm aliquãdo centenos quoq;
 in eodem receptaculo tales calculos

B b